UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um] Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise Ordinis Minor[um] de obseruantia ...

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Prima sumit[ur] ex r[ati]one naturalis p[ro]pagationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

Visual Library

aſſignaꝛ cōiter ex pctō originali. ſed ſupponiꝛ cōiter ꝙ chꝛs fuit ita ꝑfect⁹ mediatoꝛ reſpectu ipi⁹ marie ꝙ eam ꝓſeruauit ab oī pctō actuali. ergo ⁊ ab originali. Itē pctm̄ originale mag⁹ viciat ⁊ inficit ꝑſonā ꝙ̄ pctm̄ veniale: qꝛ nō pt pctm̄ originale ſtare cum gr̄a. veniale autē bn̄ ſtat cū gr̄a. ſed voluit fili⁹ dī (vt ſ. ponit) ꝓſeruare matrē ſuam a pctō veniali / vt eius puritas ſeruaretꝛ. ergo a fortiori etiā ab originali.

Tertio declarāda ē difficultas: ⁊ notabilis ſatiſfactiua ſolutio. Et p̄cipue h̄ notabim⁹ circa ꝑdicta triplicē difficultatem.

Prima ſumitꝛ ex rōne naturalis ꝓpagationis.

Scd̄a ſumitꝛ ex rōne penalis inflictionis.

Tertia ſumitꝛ ex rōne ꝑſonalꝭ cōditōis.

Prima igitur difficultas

ſumitꝛ ex rōne naturalis ꝓpagationis. quia ꝟgo btā fuit ꝓpagata naturalr / lege cōi aliorū. ſed rōne naturalꝭ ꝓpagatiōis a primis parētib⁹ ꝯtrahitꝛ pctm̄ originale. ergo ipa contraxit pctm̄ originale. Et pōt hec rō ꝯfirmari ꝑ auctoritates. qꝛ Ro. v. dr̄. Oēs in adā peccauerūt. et n̄ niſi qꝛ fuerūt in eo ſm̄ rōnē ſemialē. Hoc modo aūt fuit in eo beata ꝟgo. Itē Aug. ſup illud Jo. Ecce agn⁹ dei ⁊c̄. ſolus innocēs: quia nō ſic venit ſcʒ ſm̄ cōem ꝓpagationē. Rn̄ſio ſm̄ Sco. vbi ſ. Quilibet fili⁹ ade naturalr eſt debitoꝛ origīalis iuſticie: et ex demerito ade caret ea. et ideo oīs talis hʒ vnde ꝯtrahat originale peccatū. ſed ſi alicui in p̄mo iſtāti creatiōis anīe detꝛ gr̄a: ille lʒ careat originali iuſticia: nunq̄ʒ tn̄ eſt debitoꝛ ei⁹. qꝛ merito alteri⁹ ꝓuenietis pctm̄ datꝛ ſibi gr̄a q̄ equalet illi iuſticie q̄ntū ad acceptationē diuinā: imo excedit. Quantū eſt igitꝛ ex ſe q̄libet hēt pctm̄ originale / niſi ali⁹ ꝓueniret merēdo. Et ita dicendū ꝙ oēs ꝓpagati naturalr ab adā ſunt pctōꝛes. hoc eſt ex modo q̄ hn̄t naturā ab adā / habēt vn̄ careant iuſticia debita: niſi eis aliūde conferatꝛ. ſed ſicut poteſt de⁹ poſt p̄mū inſtās ꝯferre grām: ita pt ⁊ in p̄mo inſtanti. Hec ſco. Unde patet ꝙ licʒ btā ꝟgo fuerit cōcepta in peccato originali radicaliter: hoc eſt q̄ntū ē ex modo ſue ꝯceptionis: nō tn̄ formaliter ⁊ actualiter. Contraxit ergo peccatuʒ originale de iure ſcʒ cōi: ſed non de facto.

Secūda difficultas ſumitꝛ

rōne penalis afflictionis. Nā ꝟgo beata habuit penas cōes nature humane: vt ſitim: famē: mortē ⁊ hmōi: q̄ infliguntꝛ nobis ꝓpt pctm̄ originale: nec erāt in ea voluntarie aſſumpte. qꝛ nō erat redēptrix vl' reparatrix nr̄a. alꝛas nō fuiſſet fili⁹ redēptoꝛ oīm generalr. Rn̄ſio ſm̄ Scot. vbi ſ. Rō iſta nō ꝯcludit. qꝛ poteſt mediatoꝛ recōciliare aliquē vt auferantꝛ ab eo pene ſibi inutiles / et relinquatꝛ in penis ſibi vtilibus. originalis aūt culpa non fuiſſet vtilis marie pene. tn̄ tꝑales fuerunt vtiles: quia eis meruit. Hec Sco. Poſſum⁹ itaq̄ʒ dicere ꝙ ꝟgo btā nō fuit exempta a penis tꝑalib⁹ ꝓpt triplicē cauſam. Primo ꝓpter ipſi⁹ ꝟgis vtilitatē: vt patet ex dictis. Un̄ dicūt aliq̄ virginē beatā a morte tꝑali nō fuiſſe exemptā ad maiorē cumulū meritoꝝ eius. quia vt dr̄ Aug. xiij. de ciui. dei. Quid ꝓcioſi⁹ q̄ʒ mors ꝑ quam fit vt etiam oīa delicta deleantꝛ et merita cumulati⁹ augeantꝛ: pſalmiſta dicente. Precioſa in conſpectu domini mors ſanctoꝝ eius. Secūdo propter dei veritatem: dī. Ps̄. ꝙ vniuerſe vie dn̄i miſericordia ⁊ veritas. In virgine igitꝛ voluit deus exercere miſericordiā ꝓſeruando ab originali culpa: et iuſticiā / relinquendo eam ſubiectaʒ penis originalis peccati. q̄a miſericordia non expellit iuſticiā: dicente Ps̄. Miſcd̄ia ⁊ veritas obuiauerunt ſibi: iuſticia ⁊ pax oſculate ſunt. Tertio ꝓpt filij ꝓuilegioſaʒ dignitatem. hoc em̄ ita factum eſt ne videretꝛ ꝟgo maiori dotata ꝓuilegio q̄ʒ chꝛs redēptoꝛ nr̄ q̄ nullū pctm̄ habuit: et tamen pro ſalute humani generꝭ mortuus eſt.

Tertia difficltas ſumitur

ex ratione ꝑſonalis conditionis. quia virgo beata prius naturaliter fuit ꝑſona ⁊ filia Ade q̄ʒ habuit gratiam. In illo ergo priori tenebatur ad iuſticiam originaleʒ quia naturalis filia ade: et non habebat eam. ergo ꝯtraxit peccatum originale. Et confirmatur: quia in illo priori nature nō fuit iuſta: ergo fuit iniuſta vel non iuſta: ex. ij. peri her. Reſponſio ſm̄ Scotum vbi ſup̄. Conſequentia non valet. quia ſm̄ il-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN